Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Omnes qui te expectant non confundentur domine. V. Vias tuas domine notas fac mihi et semitas tuas edoce me. Alla. V. Osende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

In illo tem. Sm matheum. Cum appropinquasset ihesus ierosolimis et venisset bethfage ad montem oliveti tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est. et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Solvite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit. Dicite quia dominus his opus habet et statim dimittet eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam dicentem: Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: et sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum et imposuerunt super eos vestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus et sterne